

fidus & accuratus, fabularum portentis, quæ historiam patriæ ferè occupabant universam, explosis, cum fide eam tradidit. Vivere desit Mechliniæ anno 1581. Scripsit

*De Antiquitatibus Gallie Belgicæ*, statum ejus, qualis fuit sub Romanorum Imperio, representans. Antver. typis Plant. 1566. & 1584. 8. Extant etiam in Germania antiqua illustrata Tomo I. pag 668.

*De Antiquitatibus ejusdem, qualis sub Francis.* MSS.

*De Antiquitatibus Brabantiae; & Rerum Brabanticarum* libros XIX. Antver. apud Verduf. 1610. 4. edente *Alberto Miræo*, Decano Antverp.

*Rerum Lovaniensium Commentarios*, libris VI. MSS. extant apud abnepotem ejus D. Van Diven, Urbis Lovan. Secretarium, qui & aliquando eisdem typis Æg. Denique edere meditatus fuit.

P E T R U S D O R E .

Ordinis Prædicat. S. Th. Doctor Parisiensis, anno 1569. Parisiis fato functus, à Valerio Andrea & Franc. Swertio Belgis adscribitur, velut Sancti Paulinas Arthesius: qui & variorum ejus Operum scriptorumque reminiscuntur. Sed minus rectè: nam Aurelianensem Gallum, Conventusque Blefensis alumnum fuisse, rectius notat P. Echard in Bibliotheca Ordinis Prædic. Tomo II. pag. 203, ubi & series elucubrationum ejus accuratissima.

P E T R U S D O R L A N D U S ,

Diestensis, Cartusianus in Zelemenfi S. Joannis Cœnobio, apud Diettemium Brabantiae opidum, sub Diœcesi Leodiensi; vir fuit singulari vitæ integritate, innocentia, pietate, & eruditione conspicuus: quas in eo virtutes laudavit *Theod. Petreus* in Biblioth. Cartusiana. Obiit: anno 1507. VIII.

Kal. Septemb. in Cartusia. Zelemenfi, annos natus LVIII. Scripsit

*Coronam de Viris Carthusiani Ordinis Illustribus*, sive *Chronicon Carthusianum*. Coloniae, 1608. apud Cholinum, cum *Notis Theodori Petreii, Carthusiani* Colonienfis. Transtulit illud gallicè, ac denuo edidit *Adrianus Driscart*, Pastor Ecclesiæ B. M. V. Tornaci. 4. Ibid. 1644.

*Explicationem mysticam Habitus Cartusienfis.* Ibid. 1513. 4. apud Theodor. Aloftensem.

*Violam Animæ*, Dialogis VII: quorum sex priores concinnavit ex Theologia Naturali *Raimundi Sebandii*, Hispani, velut in compendium reducta; septimi verò ipse *Dorlandus* auctor est. Antver. 1533. 12. apud Mart. Cæsarem, & 1543. 16. apud Joann. Hilleonium.

Reliqua ejus scripta recensentur ad finem *Tractatus de vitio proprietatis*, quorum pleraque ante rebellionem Belgicam in Cartusia Zelemenfi lecta fuerunt. Sunt autem **DIALOGI** varii;

*De Perseverantia Novitiorum.*

*De Stabilitate Monachorum.*

*De remedio Amoris*, Dialogus practicus, & heroicus.

*De opere Amoris & Passione Christi.*

*De Vera Amicitia.*

*De Mysteriis Passionis.*

*De extremis hominum calamitatibus.*

*De Dominatu Vitiatorum.*

*De Dominatu Virtutum.*

*De vera hominis Sapientia.*

*De vera hominis Beatitudine.*

*De Laude & claritate veræ Justitiæ.*

*De vera Patientia*, ex Chrysofomo.

*Inter Sapientem & Insulsum.*

*Inter Distemium & Servatum*, de cognitione sui.

*Inter Christum & Franciscum*, super *Charitate*, procuratrice salutis nostræ. Legitur Lovanii in Bibliotheca Academica.

*De Unione.*

*De Institutione optimi Pastoris.*

*De S. Ursula & Sodalibus ejus.*

*De S. Cæcilia, Cur Phœnici comparetur?*

*De Septem B. Mariæ Gladiis.*

*De Fraternitate Compassionis ejusdem.*

*De Sanctis Laurentio, Romano milite, Antonio, Vincentio Ferrariensi, Catharina, Anna, de Actibus & Laudibus S. Joannis Apostoli & Evangelistæ &c. E quibus cum Vita Christi, auctore Ludolpho de Saxonia, Cartusiano, B. Anne Vita edita est Antver. apud Keerbergium, 1617. fol. Astuum verò S. Joannis liber legebatur MSS. Duaci in Bibliotheca Georgii Colvenerii S. T. D.*

*Psalterium Virginis Dei-paræ.*

*Speculum Humanae Vitæ.*

*Sermones, & Epistolæ variæ.*

Adservantur præterea in Cartusia Coloniensi ejusdem

*Tractatus de tribus Cartusianorum Votis.*

*Dialogus de duabus viis*

*Collationes de Militia spirituali.*

*De Sacerdotum dignitate.*

#### PETRUS EULARDUS,

Aëriensis, Artesius, natus anno 1564. Societatis Jesu, totis xxiv. annis in Regio exercitu ac Castrensibus Missionibus vitam egit laboriosissimam. Edidit

*Exercitium Christianæ Pietatis, seu Libellum Sodalitatis B. Virginis.* Lovanii, typis Masii, 1619. 12. & Coloniae, 1621. apud Burgenium.

*Bibliorum Sacrorum Concordantias, Morales & Historicas.* Antver. typis Plantin. 1625. 4.

Moritur Hallis Deiparæ, Hannoveriæ opido, anno 1636. mense Octobri, septuagenario major.

#### PETRUS FABER,

Noviomagensis Gelder, Ordinem

FF. Prædicatorum in urbe annum 1500. professus est. P. ac Theologiæ operam dedit in Conventu S. Jacobi, in nactus F. Petrum Crokaert, la, S. T. Doctorem in Academiaensi celeberrimum: ibique anno 1517. Licentiæ gradum, post Magisterium in S. Theologia secutus est. In Belgium regitur Definitor, à Provincia Capitulum generale Romanus; qua in Urbe obiit anno mense Julio.

*Tertiam Partem Summæ D. quinatis,* cum Additionibus IV. Sententiarum ejusdem Decerptis; id est, *Supplementum mentariis D. Thomæ in quartiarum,* partim suo, partim centii *Harlemensis,* ejusdem Obore, defumptum, cum te ejusdem Doctoris Angelici Theologicæ, prelo dedit in Parisiis typis Claudii Chevaltamen, qui *Supplementum* hoc tiquius esse autument.

Item *Commentaria Thomæ Cardinalis Cajetani, in Secundam S. Thomæ,* à se nonnihilo vulgavit, iisdem typis Cl. 1519. in 4.

Extat & *Epistola ab eo ad Bruxellis præceptorem suum,* mentariorum ejus in libros Ph Aristotelis commendationem in fine dictorum Commentarum Parif. apud Jo. Barbier, 1519. rum typis Jo. Petit 1521. fol.

#### PETRUS DE LA FA

Dordraci Calvinianis parer tus, eandem sectam in Acader duno-Batava edoctus, Præd nus annos aliquot in Parochia dekerck ad ripam Rheni ju